



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 5. De Germanis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

## Capit. 3.

Vide Aimoin.  
de gestis Fran.  
lib. 1. cap. 2.

**I**n illo tempore Priamus Helenam rapuit. Troianum bellum decennale surrexit, causa mali, quod trium mulierum de pulchritudine certantium præmium fuit vna earum Helenam pastori iudici pollicente. Memnon & Amazones Priamo tulere subsidium. Exinde origo Francorum fuit. Primo Priamum regem habuerunt: postea per historiarum libros scriptum est, qualiter habuerunt Regem Friga. Postea partiti sunt in duabus partibus. Vna pars perrexit in Macedoniam, vocati sunt Macedones, secundum populum ad quem recepti sunt, & regem Macedoniae, qui opprimebatur à gente vicina, inuitati ab ipsis fuerunt, vt eis auxilium præberent. Per quos postea cum subiuncti in plurimam procreationem creuissent, ex ipso genere Macedones fortissimi pugnatōres effecti sunt. Quod in postremum in diebus Philippi Regis & Alexandri filij sui fama confirmat illorum fortitudo qualis fuit. Nam & illa alia pars quæ de Friga progressa est, ab Olexo per fraudem decepti, tamen non captiuati nisi exinde deiecti per multas regiones vagantes cum vxoribus & liberis.

Capit. 4.  
De Francis

**L**ectō à se Roge, Francione nomine, per quem Franci vocantur. In postremo eo quod fortissim⁹ ipse Francio in bello fuisse fertur, & multo tempore cum plurimis gentibus pugnam gerens, partem Asiæ vastans, in Europam dirigens inter Renum & Danubium & mare confedit.

Capit. 5.  
De Germanis.

**B**iq; mortuo Francione, cum iam prælia tanta quæ gesserat, parua ex ipsis manus remanserat, Duces ex se constituerunt. At tamen semper alterius ditione vagantes, multo post tempore cum ducibus trans-

transegerunt, vsq; ad tempora Pōpeij Consulis, qui & cum  
 ipsis dimicans, sicut & reliquas gentium nationes, quæ in  
 Germania habitāt, totasq; ditiones subdidit Romanis. Sed  
 continuo Franci cum Saxonibus amicitias ineuntes, ad  
 uersus Pompeium rebellantes, eiusdem renuerunt po-  
 testatem. Pompeius in Hispania contra gentes dimicans  
 plurimas morti tradidit. Post hæc nulla gens vsq; in præ-  
 sentem diem Francos potuit superare, qui tamen eos suæ  
 ditioni potuisset subiugare. Ad ipsum instar & Macedo-  
 nes, qui ex eadem generatione fuerunt; quamuis graui-  
 bus bellis fuissent attriti, tamen semper liberi ab externa  
 dominatione viuere conati sunt.

Saxones

**E**tiam ex eadē origine gētem Thurcorum fuif-  
 se fama confirmat. Vt cum Franci Asiam perua-  
 gantes pluribus prælijs pertransissent, ingredien-  
 tes Europam, super littora Danubij fluminis inter Ocea-  
 num & Thraciam, vna ex eis ibidem pars residet. Elecū  
 à se itaq; Regem nomine Torquoto, per quod gens Tor-  
 quorum nomen accepit. Franci huius itineris gressum cū  
 vxoribus & liberis agebant. Nec erat gens, quæ eis in præ-  
 lio potuisset resistere. Sed dum plurima egerunt prælia,  
 quando ad Renum confederunt, dum à Torquoto minua-  
 ti sunt, parua ex eis manus aderat.

Caput 6.  
De Thurcis

A captiuitate Troiæ vsq; ad primam Olympiadem fuit  
 anni CCCCVI.

**E**deamus quo ordine Hebræorum gens fuit. He-  
 bræorum reliqui anni L. Abdon annis octo. Post  
 Abdon Hebræos in ditionem redigunt alienige-  
 næ annis XL. qui copulantur temporibus Iudicum poste-  
 riorum. Post quem Samson fortissimus omnium fuit; ita

Caput 7.  
De gente He-  
bræorum.

Gggg 3 vt